

Badische Landesbibliothek Karlsruhe


Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**In Beatum Obitum Matronae Pientiſſimae Clariſſimaeque
Genovefae Baumgartherin ...**

Gnilius, Paul

Argentorati, 1632

[urn:nbn:de:bsz:31-136848](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-136848)





8

IN BEATUM OBITUM

Matronæ Pientissimæ Clarissimæq;

GENOVEFÆ
Baumgarterin/

VIRIAMPLISS. PRVDENTISS. DN. PETRI
STORCKII CONSULIS REIP. ARGENT. ET UNIVERS.

Scholarchæ meritissimi p. m. relicte Viduæ;

Ex hac erumnarum valle ad caeleste beatorum consortium

evocata 12. Novembris Anno M. DC. XXXII.

I.

Alitibus veræ si quid pietatis inesse
Creditor in natos, rursus & hinc patres;
Inter aves quasdam pietate Ciconia verà
Eminet, ac nobis conspicienda venit.
Non etenim tantùm sublimes sedula nidos
Construit, & pariens ova, fovete solet:
Pòst, his exclusis escas & pabula portans
Suggest, ac pullos subvolitare docet;
Nec prius à pullis discedit provida mater,
Quam possint proprio quætere Marte cibos.
Verùm etiam pulli memores *τὸ ἀπὸ πάτρης*
Prospiciunt matri nocte dieq; pia.
At quotisum hæcce, meis metris memorantur in istis?
Quotisum lechorem per via verba ferunt?
Scilicet ut veræ cuncti pietatis amantes
Simus, & in reliquis hanc imitemur avem.
Præstitit hocce lubens & verè STORCKIA mater,
Flos matronarum sic pietate nitens
Ut vix vel tali, sanctissima Sara niteret,
In sobolem Helcanæ vixq; marita suam.
Jam verò sobolem reliquosq; puissima mater
Linquens, conscendit tecta beata poli.

M. Paulus Guiliv, P. C.

II.

Calcatoriam viam chari GENOVEFA Mariti
Evolat, & placida dat quoq; vela neci.
Invidemus iter? minimè. faveamus, & illi
Optemus lætam, quâ petit astra, diem.
Hic certabat; ibi victuræ præmia palma,
Præmia quæ paucis inveniuntur, habet.
Hic erat in tenebris; ibi solem & sidera cernit,
Namq; Deus Sol est, sidera turba Dei.
Hic res adversas, & tempora sæva timebat,
Impositumq; sibi sæpe dolebat onus.
Nunc immunis ibi, nunc omni libera damno,
Læticia nectar, sed sine fine, bibit.
Hic in honore Virum vidit, sed honore caduco,
CONSULIS innocui sustinuisse vices.
Nunc, ubi caelestis moderatur Curia regnum,
Cum videt æterno sceptra tenere choro.
Hic natos patrii magna ornamenta Senatus
Vidit, & ARGYROPE fortia fulcra suæ.



Nunc expectat ibi, donec post fata soluti,
Ast nisi post seræ fata suprema necis,
Exornent aulam pulchrè rutilantis Olympi,
Fiant angelicæ lumina clara domus.
Hic sperabat, ibi pleno accipit omnia cornu,
Et spe majores jubilat inter opes.
Molliter interea requiescant ossa sepulcræ,
Donec cunctipotens suscitet ista Pater;
Et conjuncta animæ cæli dignetur honore,
Quæ turbant sanctum tristitia nulla gregem.

Debiti lacum ergo f,
Samuel Glonerus, P. Laur.

III.

Fata manent omnes xvi discrimine nullo,
Ullus nec mortis philtre cavere potest,
Non pietas, non cana fides, non gratia formæ
Aut Tartessiacæ lecta metalla Tago.
Lanificas possunt tres exorare puellas,
Omnia sub leges mors vocat atra suas.
Quam legem sensit donis cumulata virago
Magni Storckiadæ portio grata tori.
Gessit honorati fasces qui consulis olim
Argyrope in celebri non sine laude sua.
Cujus ad exequias nunc nunc properamus, & omnes
Gaudia læta poli corde precamur, Amen.

Johannes Pahl / Regimonto Mar-
iticus Brandenburgicæ.

IV.

Aufugit hæc ætas hominum perniciousis alis,
Instar perpetuæ manio nostra fugæ est.
Enarrat Moles Genesin, primordia vitæ;
Exodon at nobis dicere non potuit.
Hoc tu, clara patens præclari stemmatis, omnes
Dessentes mortem, morte beata doces.
Sed cur præteritos sine labe peregeris annos,
Non horres mortis vulnera; corde gemis:
Nunc ad principium demum perfecta revertar,
In cælum & terram quando redire datur.
Euge! tui compos voti, dulcissima mater
Corporis in CHRISTO vincula soluta geris.

Philippus Bohemus, Brunerhod. Thuring.

ARGENTORATI,
Typis JOHANNIS CAROLI,

M. DC. XXXII.

330.

IN BEATUM OBITUM

Matrona Pientissima Clarissimaq;

GENOVEFÆ
Baumgarterin/

VIRIAMPLISS. PRVDENTISS. DN. PETRI
STORCKII CONSULIS REIP. ARGENT. ET UNIVERS.

Scholarchæ meritissimi p. m. relicte Viduæ;

*Ex hac erumnarum valle ad caeleste beatorum consortium
evocata 12. Novembris Anno M. DC. XXXII.*

I.

Alitibus veræ si quid pietatis inesse
Creditor in natos, rursus & hisce patres;
Inter aves quâsdam pietate Ciconia verâ
Eminet, ac nobis conspicienda venit.
Non etenim tantùm sublimes sedula nidus
Construit, & pariens ova, fovere solet:
Pôst, his exclusis escas & pabula portans
Suggest, ac pullos subvolitare docet;
Nec prius à pullis discedit provida mater,
Quam possint proprio quætere Marte cibos.
Verùm etiam pulli memores *τὴ ἀρετῆς ἀναγνώσθαι*
Prospiciunt matri nocte dieq; pia.
At quotiùm hæc cœ, meis metris memorantur in istis?
Quociesum lectorem pervia verba ferunt?
Scilicet ut veræ cuncti pietatis amantes
Simus, & in reliquis hanc imitemur avem.
Pis stitit hocce iuhens & parâ STORCKIA mater.



Nunc expectat ibi, donec post fata soluti,
Ast nili post seræ fata suprema necis,
Exornent aulam pulchrè tutilantis Olympi,
Fiant angelicæ lumina clara domus.
Hic sperabat, ibi pleno accipit omnia cornu,
Et spe majores jubilat inter opes.
Molliter intereâ requiescant ossa sepultæ,
Donec cunctipotens suscitet ista Pater;
Et conjuncta animæ cæli dignetur honore,
Quæ turbant sanctum tristitia nulla gregem.

Debiti luctus ergo s,
Samuel Glonerus, P. Laur.

III.

Fata manent omnes rei discrimine nullo,
Ullus nec mortis philtrea cavere potest,
Non pietas, non cana fides, non gratia formæ



Prospiciunt matri nocte dieq; pia,
 At quoties hæcce, meis metris memorantur in istis?
 Quosdam lectorem pervia verba ferunt?
 Scilicet ut veræ cuncti pietatis amantes
 Simus, & in reliquis hanc imitemur avem.
 Præstitit hocce lubens & verè **STORCKIA** mater,
 Flos matronarum sic pietate nitens
 Ut vix vel tali, sanctissima Sara niteret,
 In sobolem Helcanæ vixq; marita suam.
 Jam verò sobolem reliquosq; piissima mater
 Linquens, conscendit tecta beata poli.

M. Paulus Guilino, P. C.

I I.

C Alcatura viam chari **GENOVEFA** Mariti
 Evolat, & placide dat quoq; vela neci.
 Invidemus iter? minime. faveamus, & illi
 Optemus latam, quæ petit astra, diem.
 Hic certabat; ibi victuræ præmia palma,
 Præmia quæ paucis inveniuntur, habet.
 Hic erat in tenebris; ibi solem & sidera cernit,
 Namq; Deus Sol est, sidera turba Dei.
 Hic res adversas, & tempora sæva timebat,
 Impositumq; sibi sæpe dolebat onus.
 Nunc immans ibi, nunc omni libera damno,
 Lætitiæ nectar, sed sine fine, bibit.
 Hic in honore Virum vidit sed honore caduco,
CONSULIS innocui sustinuisse vices.
 Nunc, ubi cælestis moderatur Curtia regnum,
 Cum videt æterno sceptrâ tenere choro.
 Hic natos patrii magna ornamenta Senatus
 Vidit. & **ARGYROPE** fortia fulcra suæ.

I I I.
Fata manent omnes ævi discrimine nullo,
 Ullus nec mortis philtrea cavere potest,
 Non pietas, non cana fides, non gratia formæ
 Aut Tartessiacæ lecta metalla Tago.
 Lanificas possiant tres exorare puellas,
 Omnia sub leges mors vocat atra suas.
 Quam legem sensit donis cumulata virago
 Magni Storckiadæ portio grata tori.
 Gessit honorati fasces qui consulis olim
 Argyrope in celebri non sine laude suâ.
 Cujus ad exequias nunc nunc properamus, & omnes
 Gaudia læta poli corde precamur, Amen.

*Johannes Vahl / Regimonto Mar-
 ibicus Brandenburgicus.*

I V.

Aufugit hæc ætas hominum pernicibus alis,
 Instar perpetuæ mansio nostra fugæ est.
 Enarrat Moses Genesin, primordia vitæ;
 Exodon at nobis dicere non potuit.
 Hoc tu, clara patens præclari stemmatis, omnes
 Descentes mortem, morte beata doces.
 Sed cur præteritos sine labe peregeris annos,
 Non horres mortis vulnera; corde gemis:
 Nunc ad principium demum perfecta revertar,
 In cælum & terram quando redire datur.
 Euge! tui compos voti, dulcissima mater
 Corporis in **CHRISTO** vincla soluta geris.

Philippus Bobemus, Brunerhod. Thuring.

ARGENTORATI,
 Typis **JOHANNIS CAROLI,**

M. DC. XXXII.

